decem sexagenas polonicales debiti primo rato per ipsum sibi
inscriptas ob prestitam sufficientem satisfactionem quie
tat emittit et liberas facit perpetuis temporibus

Olszanski Demissio

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitan(ealibus) Bransceen(sibus) personaliter comparens Nobilis Thomas olim Joannis Godzinka Zukawski sanus mente et corpore existens palam adibere recognovit quia Nobili Baltazaro olim Leonardi Olszanski et ipsius successoribus obligationem suam terre in mobilibus in bonis Koemiery Wypiecki sittam per Nobilem Albertum Koemier nobili Vallentino Zada in summa septemdecem florenis polonicalium inscriptam et per prefatum Zada Nobili Joanni filio Stanislai Trzesenowski demissam tandem sibi esse Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sue ac parata intromissione possessione [illegible] et omnibus ligamentis in originali inscriptione contentis nec non utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis accepta sufficienti satisfactione demittit intromissionem illi eandem per [illegible] et Nobiles duos quem et quos sibi conducere poterit officiose acceptandam admittendo.

Eiusdem obligatio

Coram officio et actis presentibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Bransceen(sibus) personaliter comparens Nobilis Thomas olim Joannis Godzinka Zukawski et nobilis Anna Koemierowna invicem coniuges ipsa quidem Anna cum eiusdem mariti sui autoritate et assistentia sani mente et corpore existentes palam recognoverunt quia Nobili Baltazaro Olszanski olim Leonardi filio et eius legitimis successoribus bona sua omnia in mobilia in bonis Koemiery Wypiecky sitta sibi recognoscenti per nobilem Annam relictam et Alberti filium olim Sebastiani Koemier in dote binis inscriptionibus porrecta Cum areis hortis agris pratis campis silvis rubetis ac omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis cunctis ex eisdem bonis nunc et ab antiquo provenientibus ita late longe circumferentialiterque prout ea bona in suis metis et limitibus extenduntur in summa octo sexagenarum

polon(icalium)

polonicalium (aliis tamen inseminatis in eisdem bonis existen[tibus])
heri et ab actis praesenti usque ad exemptionem et summae supra
scriptae octo sexagenarum polonicalium integram et ordinariam
iam exolutionem obligavit. Cui vero exnunc Intromissionem rea
lem cum pacifica possessione per ministerialem quemvis regni genera
lem et Nobiles duos qualem et quos sibi conducere poterit dat et admit
tit submittitque se idem ipse recognoscens suis cum successoribus eundem
tenutarium suum et eius legitimos successores occasione praemisso
rum ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumvis
personarum propinquarum et remotarum cuiuscunque sexus status
et conditionis existentium occasione praemissorum toto tempore
tenutae eiusmodi heri defendere evincere liberare intercee
dere pacificare sola parte et per quasvis submissas aut sub
ordinatas personas non inquietare imo ea bona semper mun
da et libera ab omnibus inscriptionibus prioribus et poste
rioribus dotium advitalitatum reformationum et aliarum
id genus facere sub vadio similis summae. Et coram officio castrensi
Capitaneali Cracoviensi in primo citationis termino peremptorie respon
sione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dilationibus
evasionibus infirmitatibus aliisque in universum iuris remediis
et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibili
bus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando
hac sua praesenti personali recognitione intromissis mediante.

Proszanka Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Proszenski
una cum Nobilibus Alberto et Jacobo Proszenskiemi coram officio
praesenti personaliter stans publice recognovit Quia feria secun
da proxime praeterita condescenderit ad bona Proszanka antiqua ibidem Nobilem
Albertum olim Andreae Proszenski in omnia et singula bona sua mobilia et
immobilia in haered. Proszanka antiqua consistentia eadem per Nobilem Cathe
rinam filiam olim Adami Koborka consortem Nobilis Alberti Olędzki
coram actis praesentibus feria secunda post dominicam Jubilate in anno
millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo modo perpetuae do
nationis cum consensu praefati mariti sui resignata eorundemque bonorum
areas hortos agros prata campos silvas borras rubeta aedificia par
va et magna, praesertim fluvios stagna piscinas nec non omnes utilita
tes ad eadem bona quovis modo spectantes iuxta latiorem conti